



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De I. Præcep. Decal.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

rum sanctificatione, & hæc pertinent ad Deum. 4. de honore in parentes. 5. de non occidendo. 6. de non fornicando. 7. de non furando. 8. de non ferendo falsum testimonium. 9. de non concupiscenda re aliena. 10. de non concupiscenda aliena muliere. Hæc præcepta, licet sint naturalia; fuerunt tamen à Deo specialiter data per Moysen suo populo, & sunt ab omnibus seruanda; & tenetur Christianus, illa aliquo modo scire.

DE PRIMO PRÆCEPTO Decalogi.

Colendi Deum.

HOc præcepto præcipitur cultus veri Dei, quo tenemur verum Deum venerari, & colere: iuxta regulas virtutis Religionis, quæ est prima post Theologales. Hoc autem maximè facimus assistendo Sacrificio Missæ, & offerendo cū Sacerdote: ut orādo, laudādo, petendo: & communiter in vsu Sacramentorū, & in adoratione Dei, quæ dicitur latria: quæ est actus voluntatis,
per

per quem Deo, propter eius excellen-
tiam, tamquam primi principij, & Do-
mini, nos ipsos subijcimus, & venera-
mur. Ex quo sequitur laus, & honor, &
benedictio Dei. Et ad hanc Christia-
nam Religionem supponitur Fides, de
qua infra.

De Superstitione.

3. **C**ONTRA hoc præceptū peccari po-
test per peccatum superstitionis.
Est autem Superstitio quædam irreligi-
ositas, vel vana, seu falsa religio: cuius
duplex est genus. Primum, vt cum Deū
colimus, sed modo indebito, & prohibi-
to: vt si quis nunc coleret Deum per sa-
crificia, & ceremonias antiquæ legis,
aut gentilium, quod esset mortale. Et si-
militer alijs modis illicitis, & ab Eccle-
sia prohibitis: vt si quis in Sacramento-
rum vsu vellet propria auctoritate ali-
quid addere, vel demere, fingere reli-
quias, falsa miracula, &c. Erit autem
mortale, si res sit grauis.

4. Aliud genus superstitionis vniuer-
salius, & magis commune est, cum cul-
tus,